Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38166
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



Sed unde quantum illis promittit misericordia. dicit nisi secundum magnitudinem tuam. id est nisi secundum mercedem tuam sed secundum illud quod humanas non sicut sustinere angustias, multiplicasti animam tuam et quod illam promissionem respicit abrahae. In quo dicit multiplicans multiplicabo semen tuum sicut stellas caeli &c. Explicit ps. XI

Incipit ps. XII inf. ps. dd. Tituli istius verba ranotas. Totus hic psalmus de caritate loquitur dni. In qua est totius legis perfectio.

Usque quo domine obliviscaris me in finem. plenus spe hoc ut dicit dni caritate. quasi humanitate unde sustinebat. confidenter dicit differri se diutius ab exspectatione sua. quae illuminatione fidei cernere debat esse venturum. deinde tarditate conquerit. cum usque huc cernere eum merebatur adventum, nenimobliviscitur dis. sed habeo quod desideret obliviscione. credit patri. quando differt donare quod petit. In finem, hic tempus significat quo incarnationem dni pueri debat esse venturum. usque quo auertis faciem tuam a me. aperitionem postulat xpi. quam spu uidebat; Ipsa est eius facies. quia carnalibus oculis potuit apparere, quam ut illeses affectu generis laetitiae merito cupiebat aspicere; Quandu ponam consilia in animam mea; Hic cordis maximum sustinentis exprimit. dicit sibi de esse consilium. ut ut iudendi mitigari possit affectum. dolorem in corde meo per diem. subaudit poenam. ut sit plena sententia. dolorem in corde meo poenam; per diem. id est per singulos dies; usque quo exaltabitur inimicus meus super me; Respice et exaudi me domine deus meus. Inimicus de diabolo dicit. quia in eo adventum dni exaltat humana captiuitate gaudebat. Super me hoc est super me dulcitatem meam. quia ille toto orbe colebat instanter, me dicit. nisi bitantum sed uniuersis fidelibus; supplicat subuenire.